

De Capitulo

1. Num officium tabellariī est aperire et claudere forēs villae?
2. Quid facis sī vīs intrāre villam Iūliī?
3. Estne Iūlius, quī nōn vincit servōs catēnīs, bonus dominus?
4. Quae rēs factae sunt ē lignō?
5. Cūr erat iānua villae clausa cum Tlēpolemus advēnit?
6. Estne nōmen tabellariī difficile dictū iānitōrī? Estne nōmen tuum difficile dictū aliīs?
7. Cūr ōstiārius nōn statim admittit Tlēpolemum clāmantem et pulsanter?
8. Quārē Tlēpolemus ad villam Iūliī venit? Num venit villam oppugnātum? Pecūniam postulātum?
9. Cūr nōn prius timet Tlēpolemus aut imāginem aut canem ipsum?
10. Estne canis iānitōris bonus canis? Cūr an nōn?
11. Cūr est tabellārius irātus ante intrat villam Iūliī?
12. Quis est erus iānitōris?
13. Quō it iānitor ad finem capitulī?

De Colloquio

14. Cūr Dōrippa trīstis sōla in cubiculō est?
15. Quid vult Dōrippa in prīncipiō Colloquiī?
16. Quis est Sanniō? Estne bonus vir?
17. Cūr putat Sanniō Dōrippam iam multōs amīcōs habēre?
18. Ubi est Albīnus et quid illīc facit?
19. Cūr dīcit tabernārius ānulum Dōrippae nōn pretiī magnī esse?
20. Tuā sententiā, fallitne Albīnus Dōrippam? Fefellitne Mēdum?
21. Cūr nōn emit Albīnus ānulum Dōrippa?
22. Quid (ut putās) iam faciet Dōrippa?

De carmine Catulli LI

23. Cūr Catullus arbitrātur illum virum ut deum esse?
24. Quid facit Lesbia cum illō virō?
25. Quōmodo sē habet Catullus vidēns Lesbiam?
26. Tuā sententiā, estne corpus Catullī sānum?
27. Quid (ut putās) dēbet Catullus nunc facere?